



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Provinciæ Paraquariæ Societatis Jesv

Techo, Nicolas

Leodii, MDCLXXIII.

Cap. 35. Apud Caapienses & Caasapaguaçuenses oppida conduntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38528

ſperarent iræ ſucceſſuram oppreſſæ innocentæ æſtimationem, Diaſtanius circumflexo per Paranam itinere ad Provinciam, conſilii ergò, quàm celerrimè potuit, navigavit. Eodem planè tempore, nec abſimili de cauſa, Petrus Romerus Didacum Alfarum eòdem navigare juſſit, quòd idem Prætor, diſſuſo in multas partes malo, lege cavifſet, ne quis impoſterum injuſſu ſuo per Paranam in Guairaniam pergeret, ſed qui eò ire vellet per Paraquarium, ducentarum & quinquaginta leucarum circuitu, iter circumſſecteret: & quamvis Societas Prætori expoſuiſſet eam legem reipublicæ noxiam, utpote quæ bello afflictis ſubſidia tempeſtivè miniſtrari non ſineret, tamen nihil impetrarat ab homine conſilii ſui tenace; qui inſuper id addiderat moleſtiæ, ut vulgaret, vi effecturum ſe, ut Neophyti noſtri privati hominibus ſervirent. Franciſcus Vaſquius Provincialis, afflictarum Provinciarum ſtatum cùm cognoviſſet, immenſo propè dolori ſuccubuit. Auxit dolorem è Guairania ſuperveniens Paulus Bennavidius ab Ruifio miſſus, ut nunciaret quorundam mortalium inſolentiam, Neophytos illos, qui è Mamalucorum vinculis ſe exemerant, pro mancipiis diſtrahentium, aut in duram ſervitutem redigentium. Adeò ut miſerrima gens inter incudem & malleum poſita penitus contereretur. Ob eas res Provincialis, imperatis per Collegia precibus & Sacrificiis, Franciſcum Diaſtanium ad Senatum Regium in Peruviam mittit. Ipſe verò adverſo Paranâ in Guairaniam, Socios ſolaturus, & alias calamitates oculis perſpecturus, navigat.

CAPUT
XXXIV.
Societas per
Tucumaniam egre-
giè laborat.

1631.

A NNO milleſimo ſexcenteſimo trigefimo primo, è Cordubeni Collegio excurrentes Socii, multis Æthiopiſis, adhibita conditione, Baptiſmum denuò contulère. Joannes Cereçeda & Antonius Maçerus per quinque meſes continuos Quimilparupes, & Catamareanam vallem apoſtolicè peragranter, exanthlatis multis laboribus Quichuano & Calchaquinenſi idioma uſi, præter alia opera, ducentos Barbaros, de quorum Baptiſmi valore dubitabatur, facris undis, cautè tamen, ſubmerſere. Ratio in plerisque dubitandi erat, quòd Hiſpanus homo, qui defectu Sacerdotis in eo tractu baptizabat, corruptâ formâ uti ſoleret, & multi adultæ ætatis homines ignorarent, quid olim cùm baptizarentur, ſuſciperent. Gaſpar Oforius, è Chaqueniſi expeditione rediit, Cucuiſenſem regionem inſigniter excoluit. Et, ne ſingulorum Collegiorum excuſſores appellem, omnes ſtudio pari, ſolitæ Apoſtolicorum virorum armis, inter Calchaquini belli Tucumaniam præne totam concutientis tumultus, & peſtis plerisque in locis latè graſſantis metum, magnas ubique clades dæmoni inferbant.

CAPUT
XXXV.
Apud Caapienſis &
Caafapaguacuenſis
oppida con-
duntur.

Oppidum Di-
vorum Petri
& Pauli.

Colonia Di-
vi Caroli.

S ED vis Apoſtolicarum progreſſionum, in Urvaiceniſi Provincia præſertim, vigeat. Petrus Romerus, acceptis aliquot Sociorum ſubſidiis, ad Caafapaguacuenſes rediens, Vincentium Badiam linguæ peritum eis præfecit, tanto Barbarorum plauſu, ut ad Socios excipiendos viam per intactum unius leucæ nemus, deturbatis arboribus, complanaverint. Hoc oppidum Divis Apoſtolorum Principibus Petro & Paulo dicatum, ante finem anni ſexcentas familias, Catechumenorum albo inſcriptas, computabat, è quibus, præter infantium magnam multitudinem, nonaginta adultæ ætatis homines hoc anno baptizari meruerunt: cæteris, donec ſufficienter erudirentur, in aliud tempus dilatis. Non diu poſt Petrus Mola è Guairania veniens occaſionem dedit ponendæ apud Caapienſis ſedis. Apicabija ſexcentas & quinquaginta familias commodo in loco congregârat, & plerique Barbari tanta ob adeptum Societatis Sacerdotem præbuere lætitiæ ſigna, nemo ut dubitare poſſet ecclitèſe perſuadere. Id oppidum, quarto ab Caafapaguacuenſibus lapidè poſitum, Divo Carolo Boromæo, Didaci Torres adhuc ſuperſtitis poſtulatū, in gratiam Frederici Boromæi Cardinalis, hujus Provinciæ benefactoris, ritè conſecratum eſt.

CAPUT
XXXVI.
Tapéſi provin-
cia primū
aditur.

PAULÒ antequàm hæc fierent Andreas, Rua ex Japeivenſi oppido, juſſu Romeri, adverſo Ibicuito navigans, ad Tapenſem Provinciam penetrare auſus,

trium